

Petrus de Vinea

*Ep. V 104 (Ad nostrae maiestatis
presentiam accedens...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 104 (Ad nostrae maiestatis
presentiam accedens...)*

1241?

Capitano, ut prouideat annuatim cuidam nobili de prouentibus cuiusdam ecclesiae.

1. Ad nostrae maiestatis presentiam accedens I. de Ianua, fidelis noster, celsitudini nostrae humiliter supplicauit, ut, cum pro fide culmini nostro seruanda, derelictis omnibus bonis suis, a ciuitate ipsa uelut a rebellibus nostris discedendo ad nostra seruitia uenerit moraturus, et in eisdem permanserit et permaneat fideliter et deuote, non habeat, unde et se alat et suos, ad suae et suorum sustentationem sibi prouentus ... ecclesiae, quos ultra centum libras dicit non ascendere quantitatem, de nostrae benignitatis gratia concedere dignaremur. 2. Cuius itaque supplicationibus nos benignius inclinati, deuotioni tuae precipiendo mandamus, quatenus de fructibus seu redditibus ecclesiae supradictae eidem fidei nostro facias usque ad quantitatem predictam de cetero responderi, ut de fide seruata letetur et de seruanda in antea ad nostra seruitia animetur.